



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De duello.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

in individuo. At tuus honor in casu de quo disputamus, cum ablatum jam fuerit, & veluti deperierit; conjungere rationem equivalentem velle acquirere media conuersione; vel percussione; quod si non esset vim vi repellere. Non ita quando sibi statim; tunc enim quamvis statim ad alapa, v. g. tibi inflicta honor tuus deperierit physice; non tamen moraliter, & in hominum existimatione: nam propterea id speculativè cōcessimus licet contrarius non possit de Lugo. 1. de inst. ar. disp. 10. sect. 10. n. 89. & 190. Obiectis rursus, si quamvis speculativè licet et statim repercutere aggressorem; teneatur hic aggressor pati talem repercussionem imò etiam mortem: nam cum ipse repercutitur, illam pati obligabitur, alioqui esset bellum iustum ex utraque parte, sed quis dicat, percussorem obligari ad patiendam repercussionem, vel mortem? ergo nec licebit repercutere. Respondet, percussorem non teneri pari ejusmodi repercussionem; nam potest veniam petere, & dare percusso congruam satisfactionem. Ita Petrus Navarr. lib. 2. cap. 3. num. 380. & 381. Quid si faciat, tunc injustè percutitur, & poterit se defendere. At si nolit id facere, tunc amittit jus se defendendi, sicuti fur non tenetur permittere se occidi, vel percuti, tenetur tamen reddere Domino rem sublatam: quia reddita, si Dominus vellet adhuc illum percutere, poterit sic jure defensionis vti.

6. Denique habe duo. Primum, si verbo contra te injustè contumaciter injuriam repellas, dicendo (mensuris) de non peccare probabiliter, etiam practice puto cum Soto lib. 4. q. 2. art. 3. in corp. fin. Henrici lib. 1. q. 4. de Irregul. cap. 3. n. 10. vide Dianam, p. 6. tract. 6. resol. 16. quia tunc vindictam non sumis; sed, cum non possis alio modo, injuriam injustè allatam avertis. At verò efficientem te qui honoris atrocibus contumeliis, occidere non potes. Ita Azor. & Lessius apud Dicastill. lib. 2. de just. tract. 1. d. 10. dub. 6. num. 78. quidquid alij dicant apud eundem n. 76. quia alter honorem tuum defendere potes, quando solum agitur de contumeliis.

7. Secundo: Puella, vel juvenis, quando sollicitatur, tangitur vel osculum jam accepit per vim aliquod, possit tunc imò cum laude, non solum verbis asperioribus, verum etiam pugnis, alapa, imò & fuste illum non graviter repercutere. Ita de Lugo. 1. de just. d. 10. sect. 10. n. 96. si enim non esset vindictam sumere, sed puritatem animi, & constantem dissensum ostendere, & quamvis ejusmodi repercussio sit post susceptum, v. g. osculum, tamen est etiam defensio pudicitie: nisi enim sic acriter homicidium illum repellas, facile redibit, nec facile discedet: nec facile quis credet, te consensum non præbuisse.

De Duello.

8. Restat illa difficultas: Si occidere aliquem possim ad recuperandum honorem defendendum; possimne propter eundem honorem duellum acceptare; Antequam id decernam, nonnulla sunt de duello præmittenda.

Duellum est singulare, & quidem grave atque ex privatis causis certamen inter duos, vel plures, ex conditio; designato tempore, & loco. Ita Sanchez in sum. lib. 2. cap. 39. Clavis Reg. Val. Fill. Bonac. alique citati à Basilio v. Duellum in qua descriptione Mud (&) copulativè se habere debet videtur. Ita Bonac. citatus, & exceptus à Diana; p. 1. q. 3. ref. 39. ita ut si condicatur locus dumtaxat, vel dumtaxat tempus, non sit duellum, prout sumitur in prohibitione Pontificum max. afferenda, quæ cum sit odiosa, fuisse est interpretanda pro rigoroso duello. Ita Hurtado, apud Dianam, p. 5. tr. 3. ref. 69. §. Norandum est.

9. Dixi primum (grave) pugna enim, quæ fit sine armis, etiam ad interficiendum, vel vulnerandum, v. g. virga, levi baculo, pugnis, avulsione capillorum, &c. non est duellum. Dixi secundo (ex privatis causis): in bello enim pugna, contra communes hostes, cum ipsam suscipere, & condicere duellum ad reddendum milites animosiores, vel ad hostes terrendos, vel ad finiendam propter bonum publicum bella ex Principis autoritate, sine dubio, licet. Lege Reginal. l. 1. c. 1. §. 7. 7. 5. & Basileum, l. c. n. 7.

Part. I.

11. Dixi tertio (ex conditio.) Quare si dum duorixantur, alter dicat: Exere gladium, si dum sunt in Ecclesia, Navi, Aula Principis, domi; alter ob reverentiam vel periculum loci dicat: Exeamus eodemque impetu exeunt, & pugnant, si in loco aliquo rixam incipiant, & eodem tempore atque calore, in ipso impetu exeunt ad alium locum; ibidemque evaginatis gladiis pugnam prosequuntur, si duobus contententibus pugno, vel verbis, alter, vel uterque domum petat, armæque capiens redeat, & pugners; certum mihi videtur non esse hæc duella, de quibus loquimur: quia in his non adest conditio determinati loci, imò nec temporis. Lege Dianam alios referens, p. 2. tract. 16. resol. 5. & p. 3. tract. 6. resol. 1. Idem putat contra Bonacinam Mancinus apud Dianam, part. 5. tract. 1. §. resol. 59. si quis dicat: Tecum pugnabo prima vice, quia per urbem obvius tibi fuero. Quia tota urbi non est locus determinatus: &, prima vice, non est tempus certum.

12. At si dum sunt in Ecclesia, navi, aula, &c. non ob reverentiam, vel periculum, sed ut possint liberius pugna vacare, exeant; vel alter dicat ob eundem finem: Exeamus; Si duobus contententibus, alter condicens locum dicat: Hic expecta, donec veniam, sumensque domi arma redeat: vel dicat: Hic expello, donec cum armis tu huc redeas: Si quis dicat, inimico manenti domi: Exi, hic in via te expello: Si quis absolute dicat, Invito te ad pugnam, quocunque in loco mihi occurreris; dubium videtur, an sint provocaciones ad duellum, de quo agimus. Esse videtur nonnullis apud eundem l. c. quia, licet sub aliqua indeterminatione, condicatur tamen locus & tempus. Verum, cum ex dictis prohibitio hæc sit odiosa, nonnulli apud eundem, l. c. censent, non esse. Tum quia in aliquibus ex his non indicitur tempus, vel locus determinari: Tum quia videtur ex circumstantiis esse solum in his invitatio ad pugnandum, & valde per accidens ad pugnandum in tali loco, seu tempore: Tum præcipue, quia quando conventio, & pugna fiunt in illo calore, non sunt datæ, sed vna moraliter actio; lege eundem part. 6. tract. 8. resol. 21. quare conventio tunc non est dicenda duellum, sed pugna exorta ex rixa, cum in hujusmodi actionibus, principium potius attendatur quam finis.

3. Hoc igitur duellum etiam privatum, est prohibitum sub pœna excommunicationis latæ Pontifici Summo reservatæ (Per bullam Cruciatæ poterit semel in vita, & semel in morte absolvi: ut item, quando delictum est occultum, semper per Episcopum: quid ad per Privilegia Mendicantium, universaliter vidimus. Sed semper ex prædictis Privilegiis, in foro conscientie tantum in Meth. Confess. lib. 3. cap. 7. §. 2. videatur Dicastillus lib. 2. de justiciat. l. d. 10. dub. 1. §. num. 238.) & sub aliis pœnis præsertim sub pœna privationis Ecclesiasticæ sepulture.

Ordo hujus prohibitionis hic est: Pius IV. confirmans constitutiones Julij II. Leonis X. Clementis VII. & Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. de reformat. prohibet duella solemnia. Sequitur Greg. XI. qui prohibet sub excommunicatione reservata, aliisque pœnis duella etiam privata, eorumque cooperationem. Denique Clemens VIII. prædicta confirmat, additque aliqua magis explicita sub eadem excommunicatione, aliisque pœnis.

Si moriatur in ipso actuali conflictu, & (ut ego interpretor) si sine sacramentali Confessione: nam cum intercedat tempus à vulnere ad Confessionem, non dicitur is mori in ipso conflictu. Nec obstat Rituale Pauli V. dum sic habet in Rubrica præfixa ordinationi, de exequis: Morientibus in duello deneganda est sepultura Ecclesiastica, etiamsi signa penitentia dederint. Non obstat, inquam, quia minus est dare penitentia signa, quam sacramentaliter confiteri, & cum in articulo mortis quilibet Sacerdos habeat potestatem absolvendi à qualibet excommunicatione, modo aliàs explicato: prædictus sic absolutus non decedat cum excommunicatione, &c. Ita in nostra Methodo Confessionis, lib. 2.

cap.

c. 10. 3. n. 57. ij nihilominus, qui in dicto conflictu sine his signis morientem sepeliunt, graviter quidem peccant; sed non incurrunt excommunicationem illam. Ita Hurtadus apud Dianam, p. 5. tr. 3. ref. 99. Bannius & Castro Pal. apud eundem p. 7. tr. 1. ref. 44.

Nec solum committentes duellum, incident in excommunicationem; verum etiam instigantes, consilium, arma, favoremque dantes, Patini, Domini loci, & similes clarè positi in citatis constitutionibus. Quandam exceptionem, quoad dantes arma amico omnino volenti duellum committere, vide apud Hurtadam, apud eundem Dianam p. 5. tr. 14. ref. 101.

14. Ut contra, quia solum ratum habentes, sive ipsum duellum, sive provocationem ad illud, nomine suo facta, non sunt in dicta Constitutione; ideo non incurrunt in excommunicationem Ita Floronus de Duello, apud Summam Dianam, ver. Duellum, n. 10. Dubium solum est de duobus: Primo, An spectatores? Respondeo. In Bulla Gregorij incurrunt Spectatores in composito, in Bulla Clementis: Huius delicti socii de industria spectatores. Ex quibus verbis conicio, non incurrere eos, qui casu, & per transiitum sunt, ut videant. Imò nec qui eunt ad videndum curiositatis gratia, & nihil eorum presentia movet duellantes: multò minùs, qui illuc se conferunt ob finem advocandi Confessarium, vel Medicum, &c. Sic Bonae apud Dianam, p. 5. tr. 14. ref. 100. sed solum ij incurrunt, qui adfunt, animum, vel auctoritatem dantes duellantibus, vel tanquam testes, vel iudices, seu Arbitri, &c. id enim videtur significare illa verba ex composito, & socii spectatores.

15. Secundò: Dubium est de ipsis principalibus: si enim provocent, vel acceptent, sed deinde propter aliquam rationem, altero, v.g. non comparente, pugna non committitur; dubitatur an dictam excommunicationem incurant Affirmant Filliucius, tom. 1. tract. 29. c. 8. n. 170. Escobar tr. 1. exam. 7. nu. 64. c. 2. Negat Mendoza, 2. d. 170. sect. 2. §. 190. etiam in terminis Bullæ Clementis apud Dianam dicentem p. 5. tract. 14. ref. 102. an hæc sententia Mendozæ sit probabilis, alij judicent. Filliucio faver stylus Curia, quæ eos pro excommunicatis habet. Mendoza favent verba Gregorij qui cum excommunicat principales, addit: Si pugnam commiserint. Sed Filliucij sententia tenenda est: non quidem propter stylum Curia qui plerumque est pro foro externo; sed quia, esto, per Gregorium ita res se habeat, tamen Clemens §. 7. excommunicare videtur merè provocantes: dicitur enim §. 6. in fine, de instigantibus: Etiam si pugna aliqua non secuta fuerit; quæ clausula videtur etiam intelligenda, seu supplenda in dicto §. 7. de provocantibus. Certè prohibitio tam exaggerata Clementis, & præsertim illa verba ejusdem §. 6. (& his similia) manifestè ostendunt solum provocationem, etiam non securâ pugna, imò etiam non securâ acceptationem, sub excommunicatione reservata prohiberi. Hæc enim verba (& similia) non cadunt solum in instigantes ad duellum, ut aliquis putat; sed in principales etiam: id enim videtur ostendere modus loquendi tam universalis Clementis. Et sanè mirum mihi esset, hominem merè instigantem ad duellum, vel provocationem scribentem, incurrere in excommunicationem reservatam, non securâ pugna, ut patet ex ipsa Bulla Clementis; ipsum verò principalem provocantem non incurrere.

16. Hic jam prælatis, ad difficultatem propositam revertamur. An viro Nobili duellum acceptare liceat, ne vilis habeatur: & consequenter, ne honorem suum amittere cogatur?

Respondeo nequaquam licere, nisi in casibus inferioris ponendis à num. 17. Ita Sanchez, Beccaus, Molina Lessius, Rodriguez, Bannez, Sous, Laym. quos citat, sequiturque Dicastillus, lib. 2. de just. tract. d. 10. dub. 6. & communiter. Esto Vidal. contrarium asserat inquisitio secunda de duello, inclinèque in gravissimo casu Layman, apud Dicastillum loc. cit. num. 72. Ratio est, quia ex una parte fieri contra gravissimas Constitutiones Pon-

tificum; imò & contrarius naturale, per quod omnis pugna privata præsertim exposita periculo cadis proximi, est illicita nisi ipsum jus naturale permittat, in casibus, ut dico, ponentibus inferius. Et ex alia parte, non desunt alia remedia conservandi honorem in similibus provocationibus: Ut si vir honestæ existimationis, hoc vel simili modo respondeat provocanti: Equidem hæc isthac conditione, non indigeo, ad me, meaque conservanda. Quocumque in loco, vel tempore paratus sum, gladio illa defendere.

17. Nec tamen desunt casus, in quibus licitè acceptis duellum. Lege Hurtad. de Mendoza apud Dianam p. 5. tr. 13. ref. 27. & ibid. tr. 14. ref. 99. Quidam inimicum etiam aggressus est, gladiique stricto sic est interminatus: Tecum pugnare volo in eo conducto loco, nisi accepto, hic te confodiam. Sanè est licitè, sine periculo excommunicationis, duellum acceptavit. Alter non dissimili modo domum de nocte, cuiusdam divitis ingressus sic locutus est: Auferam à te hæc pretiosa bona, nisi duellum acceptes. Pari modo licitè hic duello consensit, si alia vi suas res servare non valuit. Ratio utriusque est quia ex una parte humana iura non urgent in tanto periculo; & ex alia hæc est ipsissima defensio vitæ, & bonorum contra ipsius aggressorem. Imò aliqui ibidem quibus addit Dicastillus lib. 2. de tr. 1. d. 10. d. 15. num. 217. Thomam Hurtad p. 2. tr. ult. ref. 5. merito idem extendunt ad provocationem. Si quis enim alia caret via, quâ suam vitam servet, nisi provocet ad duellum (quem tamen cum fateor esse rarissimum): licitè provocabit: quia in hac suppositione, hæc non est provocatio, sed iusta defensio.

Quia ratione excusari possunt acceptantes duellum, re ad illud provocantes quando certè sciunt, pugnam non securam; vide apud Dianam p. 2. tr. 16. ref. 53. & p. 3. tr. 6. ref. 1. Multò magis, si ex pacto, cum certa occulta promissione, quod impediendi omnino sint ab omni damno, (semper tamen præciso scandalo, legisque contemptu) etiam si descenderint ad locum pugnae, gladii strinxerint, levèque sine periculo, ictus aliquod commiserint, ita Escobar, tr. 1. exam. 7. cap. 3. n. 66. Quis vocato, Bassaeus de Duellum, n. 9.

§. IV. De homicidio ad malefactores puniendos.

Malefactores vel sunt in sua libertate, non dum in potestate publica comprehensi; vel sunt sub manibus iudicis, v.g. in Carcere.

Malefactores in carcerem comprehensi.

1. Quoad priores, habet quatuor: Primò à nullo privato hi possunt occidi, nisi forte in casibus, quos nunc spectamus, §. 1. num. 1 §. fine: quia ad privatos non pertinet aliena peccata punire, potissimum tãto mortis supplicio.

2. Secundò: Potest publica potestate concedi privatis facultas eos occidendi: solet fieri contra bannitos, seu proscriptos, etiam proposito premio: Ita Sylvester, Azor. Tolet. alique apud Dicastillum lib. 2. de just. tract. 1. d. 10. dub. 1. num. 7. & apud Menoch. de arbit. lib. 1. q. 90. num. 4. etiam se ipsos invicem, idque proditoriè, occidendo; etiam si præter voluntatem tamen occidentis, Sacramentali Confessione careat occisus, et Dicastillus, l. c. n. 11. contra Sotum apud eundem Dicastillum, ibid. tunc enim ipsi proscripto imputatur Confessionis carentia; & secus nullus bannitus possit (cum semper ferè ipsi confessio deicit) interfici. Sed in his omnibus privati quicunque, ut Ministri publici occidunt Excipe Patentes, Filios, Conjuges, &c. de quibus dictum est superius, lib. 5. cap. 2. §. 2. num. 16. Illud advertite, cum hujus facultatis exercitium pertineat ad jurisdictionem contentiosam; possè quidem à te occidi proscriptum in proprio Principis proscriptis Territorio; non verò in alieno, nisi ex tacto, vel rationaliter præsumpto legitimi Principis consensu. Quid si in alieno occidas, non facies solum injuriam Principi alie-